

cum ludi saeculares ederentur, magister erat quindecimvirovum sacris faciundis (fast. Capit., CIL. I ed. 2 p. 29). — 53) M. Fufius Strigo, magister collegii tunc temporis (fast. Cap., cf. not. 52). — 54) Consul a. 732. — 55) C. Asinius Gallus consul a. 746, cf. not. 73. — 56) M. Claudius Marcellus Aeserninus, magister collegii tunc temporis (fast. Cap., cf. not. 52), cos. ord. a. 732. — 57) D. Laelius Balbus, magister collegii tunc temporis, consul ord. a. 748. — 58) Videtur esse Q. Aelius Tubero, consul ord. a. 743. — 59) C. Caninius Rebilus cos. ord. a. 742. — 60) M. Valerius Messalla Messallinus cos. a. 751 (cf. Prosopogr. III p. 369). Habemus hic undeviginti quindecimviros qui adfuerunt sacris diei tertii; sed praeterea in his actis memorantur L. Censorinus (v. 44) et Cn. Pompeius (v. 467 cf. not. 72), ut collegium quindecimvirum a. 757 habuerit sacerdotes viginti unum (vel etiam plures). — 61) Peritit numerus horae diei. — 62) Cf. supra v. 408. — 63) Post ludos scaenicos solito more edebantur circenses, atque ut illarum causa theatrum ligneum extractum erat, ita ut quadrigae mitterentur circi imago adumbrata est metis positus. — 64) De desultoribus cf. Friedländer ap. Marquardt Staatsv. III² p. 524. — 65) Ludis sollemnibus trium noctium triumque dierum sua sponte quindecimviri sacris faciundis addiderunt alios ludos per dies septem (3—11 Iun.), honorarios dictos; cf. Mommsen p. 269. — 66) Hora. — 67) De thymelicis et asticis ludis cf. Mommsen p. 270. — 68) Intellegitur theatrum dictum Marcelli, coeptum iam a Caesare dictatore, dedicatum ab Augusto aliquot demum annis post hos ludos (Momms. ad mon. Ancyr. 4, 22). — 69) Ludis scaenicis honorariis quindecimviri adiecerunt d. 12 Iun. venationes, itemque ut videtur ludos circenses (cf. not. 71). — 70) De pueris Troiani ludentibus cogitavit Premerstein Festschr. f. Benndorf p. 262 not. 1. — 71) Circenses hi videntur esse subsequuti venationem. — 72) Videtur is qui consul suffectus fuerat a. 723. — 73) Erasmus videtur nomen Asinii Galli quindecimviri (de qua erasione cf. supra N. 97. 465), quod tamen illaesus mansit v. 407 et v. 451.

Ex actis sacrorum saecularium celebratorum anno
p. Chr. 204.

5050^a . . . [a. d.] XVII kal. Ma[*ias*¹ . . . de epistula] ab imp. missa act.² in haec verb[a]: Im[p. Caes. | L. Septimius Severus et imp. Caes. M. Aurelius Ant]oninus Pii Augg. XVvir. co[lleg]is sa[*lutem*]. Si vobis videtur, VIII kal. Iun. pro[xi]mas conven[ite in Palatio in aede Apollinis | ad sortiendum qui quibus locis in tribunalibus suffine]nta populo distribuere debeant.³ Valet, c[oll]egae carissimi nobis. Pompeius Rusonianus⁴ m[ag. legi]. Imp. Caes. | L. Septimius Severus et imp. Caes. M. Aurelius Anto]ninus Pii Augg. XVvir. collegis salutem. Si de is diebus ac noctibus consulitis⁶, quibus ludos saeculares ed[i oportebit |, simul quib]us odoribus supplicare matronae debeant, statuemus. Valet, collegae carissimi nobis. Pompeius Ruson[ianus mag. legi]. [a. d. VIII k.]⁷ Iun. in Palatio in aede Apollinis collegium convenit ad sortiendum, qui quibus locis in tribunalibus suffimenta populo distribuere deberent]. | Sub [Adfuerunt imp. Caes. L. Sep]timius Severus Pius Pertinax Aug. Arab. Adiab. Parth. max. et imp. Caes. M. Aurelius Antoninus Pius Aug., [Noni]lus M[ucianus]⁸, Poll]ienus Auspex, Manilius Fuscus, Cocceius Vibianus, Atule-